



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 561 Usque Ad Annum 633

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117832**

§.34. S. Crux recuperatur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66072](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66072)

Sæculum VII poli in Festo Pentecostes decimo quinto  
A. C. 628. Maji ejusdem anni, Regni ejus decimo  
 octavo recitata est.

## §. XXXIV.

*S. Crux recuperatur.*

*Theoph.p.  
272. Sup.  
n. 10.*

*S. Niceph.*

*hist. p. 13.*

*Suid.Herac.*

Siroes cum Heraclio sincera mente pa-  
 cem pepigit, eique omnes Christianos,  
 tunc in Persia captivos, atque inter alios  
 Zachariam Patriarcham Jerosolymita-  
 num, item veram Crucem, cum Sarba-  
 zara annis abhinc quatuordecim urbem  
 cepisset, ablata restituit. Sancta Crux  
 primum Constantinopolim allata; tum  
 anno sequente 629, vere ineunte, Hera-  
 clius Imperator navigium condescendit,  
 eam delatus Jerosolymam, & Gratias  
 pro concessis sibi victoriis Deo acturus.  
 Ubi in urbem pervenit, Zacharia in Se-  
 dem suam restituto, Crucem etiam in  
 locum pristinum reposuit. Illam ex the-  
 ca, ut ablata fuerat, nemo extraxerat,  
 quippe Patriarcha adstantibus Clericis  
 illæsa signacula cognovit, admota clavi  
 aperuit, adoravit, & populo ostendit.  
 Qui primi hoc Factum litteris consigna-  
 runt, semper in numero plurali dicunt:  
*Ligna Crucis, τὰ ξύλα.* Unde colligi-  
 mus, in plures partes fuisse divisam. Ee-  
 clesia Latina memoriam S. Crucis, ab  
 Heraclio reductæ 14. Sept. celebrat;  
 at Græci eodem die visum Constantini  
 Magni

Magni recolunt, quamvis utrinque hoc Sæculum VII  
 Festum Exaltationis S. Crucis nomine. A. C. 629.  
 tur, & aliunde certum habeatur, hoc <sup>Sup.l.IX.n.</sup>  
 Festum illo Die diu ante Heraclii tempo- <sup>43. v. Baron.</sup>  
 ra fuisse celebratum. Is Judæos Jero. <sup>in Mart.R.</sup>  
 solyma expulit, & saltem tribus millia- <sup>14. Sept,</sup>  
 riis abesse jussit; cumque Edeßæ versa- <sup>Theolp. an.</sup>  
 retrur, Ecclesiam, quam Cosroes Nesto. <sup>19. Suid.</sup>  
 rianis dederat, Catholicis reddidit. Ec-  
 clesiæ Majori Constantinopolitanæ Cle-  
 ricisque, sicut prius, censum annum de-  
 dit, ut pecunias in sumptus belli acce-  
 ptas sensim solveret.

## §. XXXV.

*Dagobertus Rex Franciæ.*

Heraclius Imperator ratam quoque ha-  
 buit pacem initam cum Francorum <sup>Fred. c. 62,</sup>  
 Rege, cuius Legati hoc anno 629. in  
 Franciam redierunt, ubi tunc regnabat  
 Dagobertus; nam Clotarius II. anno  
 præterito 628. ex hac vita abierat, Re-  
 gni sui quadragesimo quinto, ex quo  
 Chilperico Patri suo successerat, & ad  
 S. Vincentium prope Parisios, id est, ad  
 S. Germanum de pratis sepultus est. Jam  
 sex abhinc annis Clotarius Dagobertum  
 filium suum Regno Austrasiæ præfecerat,  
 dederatque Arnulphum Episcopum Me-  
 tensem & Pipinum (\*) Majorem Domus,  
 qui

c. 56.

c. 47.

c. 58.

(\*) Hic est ille Pipinus celebratissimæ stirpis  
*Hist. Eccles. Tom. VIII.*      A a a      Ca-